

no. 133.

4

CAROLI SIGONII  
DE ANTIQVO IVRE ITALIAE  
LIBRI TRES,  
AD SENATVM,  
POPVLVMQ.  
ROMANVM.



EMI ANNO. CID. ID. XC.

*Fellicen  
Figuera*



Venetiis, apud Iordanum Zilecum,  
M D LX.

CAROLVS SIGONIVS  
MVTINENSIS

SENATVI, POPVLOQ. ROMANO

S. D.



VID caussæ sit, quam-  
obrem, cum innumera-  
biles prope ab homini-  
bus artes ad hominum  
usum inuentæ, ac poste-  
ris proditæ sint, nulla ta-  
men uel præstantior un-  
quam, uel nobilior ha-  
bita sit, quàm quæ mili-  
taribus instructa præce-  
ptis uarie se bellicis in studiis apud homines com-  
mendauit, merito maximam semper habuit dubi-  
tationem. cuius qui acutius exitum expedire do-  
ctissimi, ac prudentissimi uiri uoluerunt, eam po-  
tissimum afferre caussam soliti sunt, quòd ab hac  
una uberiores perpetuo, atque illustriores, quàm  
ab omnibus aliis commodorum, & gloriæ fructus  
ad uitam hominum permanarint. Quod quidem  
uere traditum esse, nobis quoque cum rerum præ-  
sentium statum, ac quotidianam uitæ consuetudi-  
nem intuentibus, tum uero præteritorum tempo-  
rum memoriam, atque antiquissimorum populo-  
rum præclara facta animo repetentibus plane ui-  
detur. neque enim ullam aliam uim, ac faculta-  
tem aut furentes finitimorum populorum impe-

# CAROLI SIGONII

## DE ANTIQVO IVRE ITALIAE

LIBRI PRIMI CAPITA XXVI.

- DE TRIPlici iure populorum Italiae. Cap. I.  
De Latinis. Cap. II.  
De agro Latino, & fœderibus Latinorum. Cap. III.  
De iure Latii. Cap. IIII.  
De fœdere, & iure Volscorum, & Aequorum. Cap. V.  
De agro, fœdere, & iure Hernicorum. Cap. VI.  
De agro, fœdere, ac iure Oſcorû, & Ausonum. Cap. VII.  
De Italicis. Cap. VIII.  
De agro Etrusco, & fœderibus Etruscorum. Cap. IX.  
De agro, & fœderibus Campanorum. Cap. X.  
De agro, & fœderibus Lucanorum. Cap. XI.  
De agro Bruttio, Meſſapio, & Sallentino, & fœderibus  
Bruttiorum, Meſſapiorum, & Sallentinorû. Cap. XII.  
De agro, & fœderibus Apulorum. Cap. XIII.  
De agro, & fœdere Frentanorum. Cap. XIII.  
De agro Piceno, & fœderibus Picentum. Cap. XV.  
De agro Gallico, & Gallis Senonibus. Cap. XVI.  
De agro, & fœderibus Vmbrorum. Cap. XVII.  
De agro Sabino, & fœderibus Sabinorum. Cap. XVIII.  
De agro, & fœderibus Veſtinorum, Marrucinorum, Mar  
ſorum, & Pelignorum. Cap. XIX.  
De agro, & fœderibus Samnitium. Cap. XX.  
De iure Italico. Cap. XXI.  
De Gallia citeriore. Cap. XXII.  
De agro, & fœderibus Ligurum. Cap. XXIII.  
De agro, & fœderibus Gallorum. Cap. XXIII.  
De agro, & fœderibus Venetorû, & Carnorû. Cap. XXV.  
De iure prouinciæ Galliae. Cap. XXVI.

\* \* Eiuſdem

# CAROLISIGONII

## DE ANTIQVO IVRE ITALIAE

### LIBER PRIMVS.

CVM MVLTIS locis eximiam Italiae uirtutem, & excellentem in omni genere praestantiam licet admirari, tum uero in eo maxime, quod olim cunctis & belli, & pacis artibus una inter omnes omnium terrarum gentes excelsit. etenim, si uetera tempora recordari, atque ex prisca litterarum repetere monumentis uelimus, facile Italos, animi magnitudine, & robore, nullis unquam gentibus concessisse, constantia uero, fide, humanitate, semper fere omnibus praestitisse, reperiemus. cuius originem laudis accuratius indaganti, haud scio, an satis probabilis illa ratio afferri iure possit, excellens quaedam in hoc caelo, soloque uis a natura insita, quae uel sola aspiratione, quicumque hanc regionem insideant, homines agrestes, & feros ad humanitatem traducere, barbaros, & imperitos omni doctrina possit excolere. nisi si quis huius rei prope admirabilis occultam causam ad eorum, qui hanc terram primis temporibus tenuerunt, praecalam institutionem, & egregiam moderationem referre malit. cur enim delectam a diis, quam incolerent, antiquitas existimauit? credo, quod, ubi fides, ubi iustitia uigeret, ibi deos aliquando praefuisse, ac praecleara tantarum uirtutum fundamenta iecisse, consentaneum uideretur. Ex eadem opinione fluxit altera; qui postea diis homines simillimi eadem loca sanctissimis legibus, optimis institutis temperarunt, eos diuinam quandam progeniem esse, deorumque sapientiam, a quibus ortum ducerent, iure optimo referre. Porro, quid credi aliud aequum fuit de illis uiris, qui humana omnia inferiora uirtute ducerent, qui summum bonum in beneficentia ponerent, regionem oppidis & coloniis ad aspectum pulcherrimis frequentarent, legibus, & moribus ad imperii aeternitatem firmissimis instituerent? Atque inter haec populis utilia, ac salutaria, caelesti

A prope

I N D E X

Vlubaꝛa colonia,	122. a
Vmbri ciuitate donati,	107. b
Vmbria perducta usque ad Rubiconem,	36. b
Vmbroꝛum oppida,	37. a
Vmbroꝛum situs,	37. a
Vmbroꝛum bella, & fœdera,	37
Volaterra colonia,	119. a. 120. b. 122. a
Volscorum oppida,	10. a
Volsci etiam trans Vfsentem,	21. 22
Volsci in Latio non Latini habiti,	10. a
Volsci quo iure donati,	20
Volsci Latinorum concilium non inierunt,	10. a
Volsci Latinarum feriarum participes non fuerunt,	10. a
Volscorum bella,	10. a
Vtens, qui fluius,	35. b
Vulturnum colonia,	84. a. 120. b
Vulturnum præfectura,	97. a

R E G I S T R V M.

\* \* \* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V  
 X Y Z A A B B C C D D E E F F G G  
 H H I I K K L L M M N N.

Omnes sunt duerniones.

V E N E T I I S, M. D. L X.

